NEWHOUSE (B. M. V. et) St. Martialis

New-, Ne-, Neu-, Newehouse, -hus, -som, -sum, -hous, -husa, Newsham, Nusum, Neus, Neuahus, Sanctus Marcialis
prope Brocklesby, NW Grimsby, in comit. et dioecesi Lincolniensi
Circaria Angliae Medianae.

Abbatia insignis, prima fundatio ordinis in Anglia. Fundata anno 1143 a Petro Domino de Goxhill (Gousel, Gausela), filia de Licques in Flandria. Mater canoniarum Beleigh, Alnwick, Blanchland, Newbo, Easby, Welbeck, Tupholme, Dale (3°), Croxton, Sulby, Coverham et Barlings. Asceteria monialium, usque ad saeculum XIV arcte cum ea unita: Irford et Broadholme. Ecclesiae incorporatae: East Halton, Glentworth, Haborough, Killingholme, Kirmington, Saxilby et Irford. Valor



ELENCHUS

redituum 99/2 Librarum[31]). Status personalis 1377:21, 1381:24, 1475:22, 1500:14, 1536:11 DD. Ineunte saeculo XVI quoad omnia bene prosperabat haec canonia, speciosis et extensis aedificiis de novo erectis. Anno 1536 est suppressa. Nihil de ea superest.

Archivalia: Fere omnia documenta saeculi XII supersunt in Brit. Mus., Harleian MSS (publ. a STENTON o. c.) — Cartularium saec. XIV inter munimenta Comitis de Yarborough, Brocklesbury Park. Copia apud Foster Library, Newland, Lincs. — Fragmentum Necrologii, menses aprilis et maii complectens, in Public Record Office Lincoln.

Litteratura: HUGO II 339, prob. 210/12 — IDEM, SAM Ep. Gerv. 69, 125 — WAEFELGHEM 178 — BECK V 295, VI 65 — BREWER, Lett. Henry VIII, voll. I, IV, VII, X/XV, XVIII/XXI — Cal. Chart. R. I, III, IV — Cal. Inq. Misc. II 1934 — CAP III 66/87 — CLAPHAM 142 — COLVIN 39/52, 412/13 — COTTINEAU 2068 — C. R. R. I, IV — DAVIS cf ind. — DUGDALE VI (2), 865/67 — ELLIS II 544/53 — FARRER/CLAY I/III, V/VI — HILL I, 4, 14, 85 — HOLTZMANN 39, 174/75, Nr. 146, 150, 210 — KER 75 — KIRKFLEET 116 — Lett. Com. Jean XXII 7890, 11 535 — Lib. Feod. — Ob. Praem. I 18. IV, 2. V, 25. V, 5. XII, item II: 15. X — P. L. II/VI, VIII/X, XIII, Pet. I — Reg. Chichele I/IV — Reg. Archb. York, *Greenfield* IV — STENTON, Docum. pp. 166/236 (Chartae saec. XII) — IDEM, E. L. A., cf. ind. — TANNER, Lincs. LVI — THOMPSON Vis. Dioc. I 91 — IDEM, Vis. Rel. H. I, III — TURNER 680 — Val. Eccl. IV 74 — VCH Lincs. II (1906) pp. 199/202, auct. S. ELSPETH — I. ABRAHAM, H. P. STOKES et J. LOEWE, *Starrs and Jewish Charters in the British Museum* (1930) — L. DELISLE, *Notes sur les Chartes Originales de Henri II, roi d'Angleterre, au British Museum et Record Office*, in: *Bibl. Ec. Ch.* LXVIII (1907) nr. 24, 25, et 51 (pp. 280, 281, 300/04 — P. LABBE, *Novae Bibl. Manuscriptorum Librorum II* (1657) p. 314. (Relatio de translatione reliquiarum Sti. Martialis ex Lemovico in Newhouse circa annum 1165) — Necrologium edd. Historical MSS Commission, Ancaster pp. 482/85.

Series abbatum (Colvin)

Gerlo 1143/65
David 1177/83
Gervasius in fine saec. XII
Robertus 1193
Adam el. ca. 1199[32])
antea abbas in Torre
Lambertus 1200/03[33])
Galfridus 1211/26
Osbertus 1226/30
Thomas 1242/75
John de Cave 1278, † 1296
Thomas of Hedon el. 1296, 1310

[31]) Censemus, redditus eius de facto certe fuisse maiores, si magnum numerum religiosorum et ecclesiarum dependentium respicimus, sicut et extensionem aedium. Commissarii regis anno 1535 saepius redditus monasteriorum justo inferiores indicaverunt, ad praebendam ansam suppressioni eorum.

[32]) Necrol. Rommersdorfiense, 7a martii (Vide in vol. I p. 186)

[33]) ibidem 18a Aprilis, eodemque die in Ob. Praem. I

John ca. 1310
Ralph 1327
Alanus 1334—54
Robert of Thornton el. 1355, 1357
William of Teleby 1377/83
Henricus 1397
Hugo 1402/17
Henry of Lymbergh 1420/35
Robert 1446/62
Thomas Ashton 1475, res. 1478
John Swift 1478—97
antea abbas in Beauchief
William Sawndalle 1497/1503
Thomas Johnson sive Kerningham 1509
Robert Esington brevi ante 1517[34])
John Maxey 1517/18
postea abbas in Welbeck
Christopher Lord 1519—34
antea abbas in Beauchief
Thomas of Doncaster seu Harpham 1534—36

## ST. RADEGUND

Bradsole, Brodesol, Saint Radegund's, -Radigund, -Radagund by Dover
Juxta Dover, Kent, Dioec. Canterbury, Anglia. Hodie intra fines vici Poulton.
Circ. Angliae australis.

Abbatia, fundata anno 1193 a canonico quodam Hugone, qui intravit et primus abbas factus est. Filia Praemonstrati. Nullum habuit advocatum vel patronum, quia ipse fundator fuit primus abbas, ita ut abbates monasterii considerabantur tamquam „proprii patroni"[35]. Habuit cellam in Blackwose, de qua vide supra, et parochias sequentes: Postling, River Portslade, Leysdown, Alkham, Shepherdswell, quae in fine saeculi XV partim a clero saeculari administrabantur. Primitus erat pauper, ita ut initio saeculi XIII saepius vocaretur „prioratus" et abbas generalis loqueretur de unione illius cum canonia Langdonensi, pariter exigua. Sed in fine huius saeculi per dona ita locupletatur, ut deinceps bene floruit. Canonia juxta portum Dover sita, pro religiosis Anglis erat quasi porta in continentem ducens, et ideo hospitium praebuit omnibus iter eo agentibus, praesertim in Praemonstratum. Abbates eius ex hoc magnas partes egerunt in circariis Anglis, aliqui vero etiam apud reges. Status personalis: ca. 1475:11, 1511:11, 1522/23:10. In fine saeculi XV mala laborabat disciplina. Redditus annui: 98/9 Librarum. Suppressa est anno 1536. Supersunt ruinae spectabiles, nunc in praedium versa.

Archivalia: Cartularium saec. XIII in Bodleian Library, Oxford (MS Rawlinson B 336. Continet fusum catalogum bibliothecae) — Copia saec. XVIII alterius cuiusdam cartularii amissi: MS Gough Kent 18, Bodleian Libr. — Brit. Mus. Add. MS 29 437.

34) THOMPSON Visit. Dioec. Linc. I 91
35) Saeculis XIV/XVI autem considerabantur ut advocati Domini de Poynings

Litteratura: HUGO II 595, prob. 402/03 — WAEFELGHEM 264 — BASKERVILLE 93 — BECK V 295, VI 63 — BREWER Lett. Henry VIII, voll. IV, X, XII/XIV, XXI — CAP III 88/105 — Cal. Chart. R, I, III — CLAPHAM 141/42 — COLVIN 146/50, 413 — COTTINEAU 2863 — DUGDALE VI (2), 939/43 — HASTED IX 446, XLIV — KER 37 — KIRKFLEET 116/17 — Lib. Feod. — Ob. Praem. I 2. VIII, 21. IX, item II: 12. I — P. L. I, III/V, XIII — Reg. Chichele I/IV — ROBERTS 60 — TANNER Kent IX — TURNER 100 — VCH Kent II (1926) pp. 172/75, auct. R. C. FOWLER — W. H. HOPE, *The Premonstratensian Abbey of St. Radegund*, in: *Arch. Cant* XIV (1882) pp. 140/52 — LELANDS Itinerary (ed. TOULMIN SMITH) IV 51 — A. H. SWEET, *The Library of St. Radegund Abbey*, in: EHR 1938, pp. 53/88 (cf. KIRKFLEET 270/74) — Col. SYKES *Notes on a Sculpture in Alabaster, believed to be from St. Radegunds Abbey*. in *Prov. Soc. Ant.* II (1849) p. 248 — TOUCHARD, in: *Bulletin Société Antiqu. Ouest 1859*, VIII 29/35 — S. E. WINBOTT, *St. Radegund's Abbey*, in: *Arch. Cant.* XLIII (1931) — *Anal. Praem.* VII (1931) pp. 81/83 — Sigilla: Pedrick 34/35, pl. XLIX.

Series abbatum (Colvin)

Hugo ante 1220
Simon 1221[36])
Richardus 1222
Henricus 1241/65
Johannes 1273/78
Wilhelmus 1297, 1303/12
Robert of Monyngeham el. 1325
Gilbertus 1328
Richard of Offynton 1338
Henry of S. . . . res. 1345
John Retlyng el. 1345, 1354
Warisius de Cant' el. 1362
Richard Brygge depos. 1386/87
Clemens 1387/91, res.
John Strete 1393, † 1396/97
John 1415, 1421
Wilhelmus 1427, res. ante 1437
Wilhelmus 1444, 1446
John Petre † 1454
John Chilton elect. 1454, 1456
Thomas —1464
Ingram Fraunce 1464, 1475/82 res. vel depos.
Henricus?
John Hey 1488
John Newynton seu Newton 1491/1500
Thomas Willouse 1509
William Bukler 1523/29, res. ca. 1530
John Wylmerton 1531
Thomas Dale 1532/36

## SHAP St. Maria Magdalena

Shepp, Shapp, Schapp. Heppe, Heppa, Happe. Hep, Vallis Stae. Mariae Magdalenae. Vicus in Comitatu Westmoreland, Dioec. Carlisle — Circ. Angliae Borealis.

[36]) Simon, abbas Stae. Radegundis, erat inter judices in tribunali Leicestriensi anno 1221 (Add. MS 4934, f. 160). Quo cum facto vix concordat insertio Ob. Praem. I p. 154, enuntians Henricum fuisse tertium abbatem illius coenobii. Forsan ponendus est alius Henricus inter Simonem et Richardum.

Abbatia fundata circa annum 1191 a Thoma Fitz Gospatrick in Preston Patrick (Kendale, Lancashire), filia de Blanchland. Anno 1199 vero ab ipso fundatore[37]) translata est in Shap. Postremo fuit sub paternitate de Cockersand. Ecclesiae administratae: Bampton, Shap, Warcop, et capella in Milburn. Redditus annui: 154 Librarum. Status personalis: 1379:6, 1540:15 Canonici. Abbas Richardus Redman ab anno 1475 Visitator Generalis Ordinis in Anglia fuit ac disciplinam strenue reformavit[38]). Anno 1540 est suppressa. Turris ecclesiae sola subsisitit. Fundamenta totius canoniae optime discerni possunt.

Archivalia perierunt. Extractum (anni 1638) cartularii interea amissi invenitur in Bodleian Libr. MSS Dodsworth 45 ff. 17/20, et 159 f. 189 — Archivalia Shapensia apud Philippum Ducem de Wharton († 1731), ad quae refert Tanner l. c., pariter desiderantur.

Litteratura: HUGO I 815, pr. 643/45 — WAEFELGHEM 279 — BECK V 296, VI 63 — BREWER *Lett. Henry VIII*, Vol. X/XXI — *Cal. Inqu. Misc.* II 370, 481, 1983 — CLAPHAM 142, 143 — CAP III 105/06 — COLVIN 168/70, 414 — COTTINEAU 3026 — DUGDALE VI 2, p. 809, 869 — GOOVAERTS II 80, IV 16, 172, 279 — GORDON 315 — GROSE VI 27/28 — *Invent. Hist. Mon. Westmorel.* (1931) pp. 207/08, pl. 150 — KIRKFLEET 117 — P. L. III 323, 347, V 115, VI 15, 92, 327, VII 312, XII 329, XIII, XIV — *Reg. Archb. York Greenfield* IV — ROBERTS 105 — TANNER Westmoreland IV — Val. Eccl. V 293/94 — J. NICOLSON/R. BURN, *History of Westmoreland and Cumberland*, I (1777) pp. 469/77 — M. E. NOBLE, *The Registers of the Parish of Shap* (1912) Introduction — F. W. RAGG, *Two Documents relating to Shap Abbey*, in: *Transactions of the Cumb. and Westm. Antiquarian and Archaeolog. Society* N. S. IX (1909) — IDEM, *Shap and Rosgill and some of the Early Owners*, ibidem XIV (1914) — D. SCOTT, *Cumberland and Westmoreland*, 1st ed. London 1920, pp. 50, 151, 175/76 — W. N. THOMPSON, *The Registers of John de Halton, Bishop of Carlisle 1292/1324*, Canterbury & York Society voll. XII (1) et XIII (2), London 1913, cf. ind. — G. F. WESTON/W. H. HOPE, *The Premonstratensian Abbey of St. Mary Magdalene*

[37]) Qui videtur intrasse in ordinem: „Thomae canonici, fundatoris Vallis Stae. Magdalenae" (Ob. Praem. I 12. V, et eodem die Necr. Heylissem, Bibl. Roy. Bruxellis)

[38]) Praeclarus iste abbas, notabili genere ortus, studuerat Oxonii annis 1449/50, et ante annum 1459 factus est abbas in Shap. Auxiliante Domno de Clifford, abbatiae patrono, hoc ipso anno nominatus est Vicarius Abbatis Generalis pro Circariis Angliae ad vitam. Anno 1471 factus est episcopus Sti. Asaph, anno 1495 promotus est ad sedem de Exeter, et postremo ad Eliensem anno 1501. Etiam tamquam episcopus semper abbatiam suam Shap, sicut et munus Vicarii Ordinis retinuit, et indefesso zelo in visitationibus suis Circarias nostras peragravit. Mortuus est anno 1505 in Ely, ubi in ecclesia cathedrali adhuc hodie videre est spectabile eius sepulchrum Cf. de eo COLVIN 224/27, 363/64; et Dict. Nat. Biogr. Vol. 47 (London 1896) p. 383

*at Shap*, in: *Transactions Cumb. Westmorel. Ant. Arch. Soc.* X (1889) pp. 286/314 — R. S. WHITWELL/W. N. THOMPSON, *Three Petitions of Shap Abbey*, ibidem N. S., V (1905).

Series abbatum (Colvin)

Walter maturo saeculo XIII
Petrus 1260
Robertus 1279
Roger 1311
Johannes 1315/16
Lambertus 1359
Robert Marshall el. 1379, 1405
Richard Redman 1458—1505
Richard Burgh, sive Johnson 1510
(Ignotus) electus 1519
Richard Baggot, seu Evenhood 1526/39

## SNELLSHALL St. Leonardus

Sneleshale — In Buckinghamshire, Dioec. Lincoln — Circ. Angl. Mediana.

Prioratus abbatiae de Lavendon, qui videtur pertinuisse ad bona fundatitia illius. Certe iam extitit ante annum 1166. In contentione abbatiae de Lavendon cum canonia Stae. Radegundis, anno 1203 vel 04, Capitulum Generale decrevit cellam de Blackwose esse cedendam Stae. Radegundi, cellam de Snellshall autem permanere apud Lavendon[39]). Inter hoc vero decretum et annum 1219 Snellshall transiit ad ordinem Sti. Benedicti, quo modo et quare nescitur. Mansit exinde prioratus sui juris monachorum istius ordinis usque ad suppressionem anno 1535.

Archivalia: Cartularium (Add. MSS 37 068 f. I).

Litteratura: Erat plane ignotum ut monasterium Ordinis nostri, donec detectum est a COLVIN 83/84 — De prioratu OSB cf. VCH Bucksh. I 352/53 et DUGDALE IV 235 — COTTINEAU 3048.

## STIXWOLD

Stixwould, Stikeswald, Stigeswalda, Stykeswold.

Non longe ab abbatia Tupholme, in decanatu Gartree, in Comitatu et dioec. Lincolniensi — Circ. Angliae Medianae.

Asceterium primitus ordinis Cisterciensis, fundatum post annum 1129 a Lucia comitissa de Perche et de Chester. Numquam pertinuit ad ordinem Sti. Gilberti. Suppressum est anno 1536 a Rege Henrico VIII, qui dimissis duodecim monialibus loci, eo transtulit moniales O. S. B. de

[39]) St. Radegund's Cartulary, MS Rawlinson B 336. f. 42

Stainfield[40]), ea sub conditione, ut transirent ad Ordinem nostrum (formetur „quaedam domus sanctimonialium Ordinis sancti Benedicti Praemonstratensis"). Fieri potest, aliquas ex sororibus O. Cist. et ex canonissis O. Praem. de Broadholme, vix suppressi, fuisse admissas ad hanc novam communitatem. Quare rex iste impiissimus, suppressionem omnium monasteriorum anhelans, hoc fecerit, idque per modum mutationis ordinis, explicare nequimus. Redditus autem annui asceterii, qui antea fuerant Librarum 114, adeo erant diminuti, ut moniales incessanter sint requestae apud regem, qui paulo post, anno 1537, decrevit „novellam plantacionem", seu erectionem „novi monasterii Henrici Regis VIII. in Stixwould" sub regula Praemonstratensi, et cum redditibus annuis 152 Librarum. Priorissa unica, Mary Missenden 1537/39, probabiliter antea erat O. S. B. ex Stainfield. Anno 1539 suppressum est, et datum Roberto Dighton. Hodie est praedium, pars portae sola superest.

Archivalia perierunt. (De brevi periodo O. Praem. v. BREWER).

Litteratura: HUGO II 833 — BREWER *Lett. Henry VIII*, X/XXI cf. ind. — COLVIN 335 — BASKERVILLE 213 — DUGDALE V 725/27 — VCH Lincs. II 146/49 — *Val. Eccl.* IV 37 — COTTINEAU 3091.

## SULBY B. M. V.

Sole-, Sule-, Sulleby, Soulbie, Suleby de Parva Hareweden, -de Weleford, Welleford, Wilfordia[41]).

Una leuca distans (NW) a vico Welford, medio itinere inter urbes Leicester et Northampton, Northamptonshire, Dioec. Lincoln. — Circ. Angliae Medianae.

Abbatia insignis, fundata anno 1155 a William de Widville, filia de Newhouse. Mater de Lavendon, et de Brockley (vide Bayham). Patroni erant nobiles de Widville usque an annum 1343, dein Hastings, anno 1506 Saunders. Habuit prioratum in Kayland, de quo supra, et curiam (prioratum?) in Melwood, in insula Axholme sitam, ubi in fine saeculi XII vixit parva communitas canonicorum. Ecclesiae incorporatae: East Haddon, Great Harrowden, Little Addington, Welford, Sibbertoft, Lubbenham, Wistow, Wappenbury, et capella Sti. Botulphi prope Sulby. Ecclesiam de Harswell saeculo XIII iterum amisit. Redditus annui: 305/8

40) Fragmentum obituarii Neohusiensis continet nomina unius priorissae et quatuor monialium de Stainfield, ex quo concludit COLVIN p. 336, forte iam prius extitisse relationes inter hoc asceterium et Ordinem nostrum. Possibile est, illud ad tempus fuisse sub directione spirituali Ordinis, ut Swine, de quo infra sub dubiis.

41) Ambo nomina, Sulby et Welford, mixtim occurrunt in diplomatibus, nec umquam peracta est translatio ulla ex uno loco in alium.

Librarum. Status personalis: ca. 1475 9, 1500:11, 1522:10, 1538:11 religiosi. Saeculo XIV reges saepius ibi commorabant. Suppressa est anno 1538. Nihil de ea superest nisi petra quaedam sepulchralis. Loco canoniae nunc extat domus nobilis, vulgo „Sulby Hall“, erecta anno 1795.

Archivalia: Permulta documenta et diplomata in Brit. Mus. Londini et in P. R. O. ibidem (cf. COLVIN 382/83). Partim publicata sunt a STENTON

Litteratura: HUGO II 1163, pr. 717/24 — WAEFELGHEM 289 — BECK V 297, VI 64 — BREWER Lett. Henry VIII voll. IV, X/XIV, XVI/XXI — Cal. Inqu. Misc. I — Cal. Chart. R. III — CLAPHAM 142 — CAP III 106/18 — COLVIN 77/82, 375, 382, 414/15 — COTTINEAU 3102 — C. R. R. IV, VII — DAVIS cf. ind. — DUGDALE VI (2) 902/05 — HILL II 4, 13/14, 38, 84, 117 — KIRKFLEET 117 — Lett. Com. Jean XXII 48 321 — Lib. Feod. — LOYD & STENTON, no. 149, 152, 176, 189 — Ob. Praem. I 4. VIII, 28. IX — P. L. I, III, V. VII, XIII, Pet. I — Reg. Archb. York J. Le Romeyn I 115, 226/ 29, IV — Reg. Benoit XII 8758 — Reg. Chichele III, IV — STENTON Docum. 290/99 — TANNER *Northantsh.* XXXIV — THOMPSON *Vis. Rel. H.* I — IDEM, *Vis. Dioec.* II — Val. Eccl. IV 300/01 — VCH *Northantsh.* II (1906) pp. 138/42, auct. J. C. COX, et *Warwicksh.* VI 248/51 — J. BRIDGES, *History of Northantshire* (1791) I 597 et passim — R. JOWITT, *Northamptonshire*, London 1932, pp. 222/23.

Series abbatum (Colvin)

Richardus ca. 1155
Adam ca. 1200
Johannes 1207, et tempore reg. Joannis
Walter 1226, depos. 1232
Wilhelmus 1232—55
Robertus 1257
Hugo 1276—80
Johannes 1280?/90
Henricus 1297/1301
Simon ca. 1305
John of Welford el. 1314
Walter 1322/23, res. ante 1346
Alanus 1437
Robert Sproxton 1442
John Coventre res. 1447
William Knolles elect. 1447, 1450
Walter 1355/56
Richard 1356/60
Johannes 1377
William Gysburgh 1414
John Halley 1452—88
John Middleton 1488/1500
Robert Goodall 1506/22
Ralph Armonte 1534—38

## TAL-Y-LLYCHAU B. M. V. et St. Joannes Baptista

Hoc est nomen eius in lingua indigena gaelica, significat quidem „caput vel coniunctio lacuum“. Anglice Talley nuncupatur.

Tallew, -lia, -ley-, alum, -leium, -laghan, -laght, -lach, -lagh, -leschen, -lan, -lellyche, Talu, -esch, -elech, -eheu, -etheu, -elehu, -eleheu, -ilaghau, -esleluiensis, -eslehuensis, Thalesleu, Thaleken.

Prope Carmarthen, versus septentrionem, Carmarthenshire, Wales. Dioc. St. Davids Saeculo XIII ad nullam circariam spectabat, ab anno circiter 1300 autem ad Circariam Angliae Medianae.

Abbatia, unica domus Ordinis in Vallia. Fundata inter annos 1193 et 97 a Domino Rhys ap Gruffyd. Probari nequit hanc domum primitus fuisse Cisterciensem vel parthenon, ut praetendit Wade l. c. Filia abbatiae Sti. Joannis Ambianensis in Gallia. Paulo post fundationem, Tal-y-Llychau per machinationes vicini abbatis de Whitland O. Cist. vexata et spoliata est. Ille induxerat partem conventus, ut ad suam domum et ordinem transirent, et simul et principem Valliae ut Praemonstratenses e canonia ejiceret, quod et factum est. Qui tamen post multos lites possessionem domus et bonorum recuperaverunt ante annum 1208, sed bona quaedam frugifera, ut curiam de Rhuddlan Teifi, amiserunt, et ecclesiam suam iam construi coeptam, in amplitudine primitus intenta perficere non iam potuerunt. Vallia ab Anglis expugnata saeculo XIII, status canoniae in peius ruit, neque per dua saecula sequentia in melius versus est. Dotatio primitus quidem fuerat pinguis, abbatia enim possedit undecim curias et ecclesias sequentes, quas et ipsa administravit: Tal-y-Llychau, Berwig, Penbryn, Blaennanerch, Cynwyl-Gaeo, Llansadwrn, Llangoedmor, Llanogwrd-Fawr, et forsan Llandcilofawr, insuper et septem capellas. Ab anno 1278 abbatia erat in manibus regis Angliae, et quidem fictive „propter depauperationem per bella continua“, revera autem rex quaesivit opportunitatem, ut canonicis vallicis, sibi minus devotis, anglos substitueret. Anno 1284 Capitulum Generale misit Simonem abbatem Sti. Quirici de Antrodoco ad reformandam canoniam, cuius disciplina erat omnino collapsa[42]). Dein paternitas in eam translata est ad abbatem de Welbeck, postea iterum ad abbatem de Halesowen, ad quem iam antea spectasse videtur, secundum antiquos indices. Quae ultima decisio, diu sub lite posita, anno 1414 definitive est legitimata. Anno 1535, cum essent ibi septem canonici, est suppressa. Redditus anni erant tunc 153/1 Librarum. Monasterium mox dirutum est, nihil de eo superest. Ecclesia usque ad annum 1772 fuit parochialis protestantium. Ex lapidibus huius ecclesiae, de qua supersunt ruinae, postmodum nova minoris extensionis in alio loco est erecta.

Archivalia: Archivum periit. Supersunt tamen aliqua documenta hinc inde dispersa. asservata in Brit. Mus. (Sloane 4935, MS Peck) et in P. R. O. Enumerata sunt apud Dugdale 1. c.

Litteratura: HUGO II 941 — WAEFELGHEM 290 — BECK VI 64. Errat dicendo historiam huius canoniae esse obscuram — BREWER *Lett.*

[42]) P. R. O., Ancient Corresp. XX, 20. De abbatia Sti. Quirici vide in vol. I p. 378

*Henry VIII*, voll. IV, X XIII, XIV, XVIII, XX, XXI — CAP III 118/22 — CLAPHAM 142, pl. XX — COLVIN 198, 202, 237/38, 259, 353. — COTTINEAU 3115 — DUGDALE IV 161/66 — GIRALDI Cambr. III 364, 366/69, IV 150, 157 — GOOVAERTS IV 86 — KIRKFLEET 185/86 — LEWIS, *Topographical Dictionary of Wales*, London 1846, II 390/91 — B. H. St. O'NEIL, *Talley Abbey* (Guides, Ministry of Works) London 1946 — P. L. IV 513, VI 230/31, 395, — *Reg. Chichele* III, IV — ROBERTS 128 — *Royal Com. Ancient and Hist. Monum. in Wales*, Inventory vol. V (Carmarthen) 1917, cf. ind. — TANNER Caermarthen VIII — *Taxatio Nicolai* ad. an. 1291 — *Val. Eccl.* IV 412 — E. G. JONES, *Exchequer Proceedings (Equity) Concerning Wales (Henry VIII/Elizabeth)* Cardiff 1939 p. 86, 103, 125, 126, 130, 308 — J. E. LLOYD, *History of Wales*, London 1911, II 603 — IDEM, *A History of Carmarthenshire*, I 339/43 — E. OWEN, *A Contribution to the History of Talley Abbey*, in: *Archaeologia Cambrensis*, 5th Ser. Vol. X (1893) pp. 29/47, 120/28, 226/37, 309/25, XI (1894) 34/50, 92/107, 196/312 — D. L. PRICE *Talley Abbey;* ibidem 1879 161/88 — J. R. DANIEL THYSSEN, *Royal Charters and Historical Documents relating to the Town and County of Carmarthen and to the Abbey of Talley 1201—1590*, Carmarthen 1876 — G. W. WADE, *South Wales*, 2d ed. London 1930, pp. 276/77 — J. W. WILLIS BUND, *The Religious Houses in South Wales after 1066*, in: *Archaeol. Cambrensis.* Vth Series, VII (1890) pp. 1/27 — *The Episcopal Registers of the Diocese of St. Davids*, ed. R. F. ISAACSON, 3 voll. London 1917/20, cf. indices — *Littere Wallie*, ed. J. G. EDWARDS 1940, p. 86 (Principi Rhys ap Maredudd, patrono abbatiae de T., a Cap. Generali conceditur fraternitas Ordinis anno 1280) — Sigillum: Archaeologia XXXII 404.

### Series abbatum (Owen)

Gervasius (Iorwerth) —1215
Gruffydd (Prior 1222) abbas ante 1229, et adhuc 1239
E.... 1281
David 1336[43])
Wilhelmus 1397/99[44])
Morgan 1426 (successor praecedentis)
David — 1430
Ludovicus 1435
David 1487/93[45])
David ap Jevan 1504, † 1519[46])
Roderick Jones —1536

Inseri nequit:

Hugo de Fodymoy, canonicus eccl. Sti. Joannis Ambianensis (saec. XIII) in cuius necrologio occurrit[47])

---

43) *Cal. Charter Rolls* IV 383
44) *Episcopal Reg. St Davids* I 128
45) Ibidem 514, 658
46) BREWER III nr. 5
47) MS 995/III 247b, et 296 (Bibl. Publ. de Nancy)

## TICHFIELD B. M. V. et St. Joannes Evangelista

Titchfield, Tyche-, Tich-, Tiches-, Tychesfeld, Tychfeild, Tichefell, Ticchefeud. Tychefelde, Tychefeud

prope Fareham, juxta mare, Hampshire, Dioc. Winchester — Circ. Angl. Australis.

Abbatia insignis, fundata juxta parochiam iam existentem anno 1232 a Petro des Roches, Episcopo Wintoniensi (= Winchester). Filia de Halesowen, ab eodem fundatore condita. Probabiliter episcopus primitus intenderat ibi instituere canonicos Ord. Sti. Augustini ex Bristol. Mutato autem sensu dedit Tichfield Praemonstratensibus, et fundavit paulo post canoniam O. S. A. in Selborne. Plures antiqui catalogi dicunt Tichfield fuisse filiam de Welbeck, ergo putandum est, paternitatem saltem ad tempus transiisse ad istam abbatiam. Advocati erant Domini de Cantilupe. Parochiae administratae: Tichfield St. Peter cum capellis de Chark, Crofton et Hook (quae sola parochia habuit redditus annuos 54 Librarum), Lomer et Corhampton. Redditus annui: 250 Libr. Status personalis: 1403 ca. 15, 1475:13, 1500:15, 1537:13 canonici. Habemus ex hac abbatia curiosissima inventaria sacristiae et Bibliothecae. Anno 1537 est suppressa, et a rege Domno Thomae Wriothesley data. Iste transmutavit aedes in castellum, quod hodie est in ruinis. Superest pars ecclesiae, claustri et capituli. Ruinae nuper emptae sunt a H. M. Office of Works.

Archivalia: In Welbeck Abbey (nunc Archivo Ducum de Portland) habentur sequentia: MS I. A. I. 15th cent.: Continet catalogum librorum, formularium (cf. STRONG) et alia documenta, item MS I. A. 2 14th cent: „Rememoratorium monasterii et omnium maneriorum de Tychefelde". Transscriptio partialis in Harleian MSS 6602/03 — Sloane 4935.

Litteratura: HUGO II 963, pr. 584/92 (duo facit ex una) — WAEFELGHEM 293 — AUVRAY 1346 — BASKERVILLE 191/92, 277 — BECK V 298, VI 64 — BREWER, Lett. Henry VIII, voll. IV, VIII, IX, XI/XIV, XVI, XVII, XX, XXI — Cal. Charter R. I/III, VI 81/82 — Cal. Inqu. Misc. II 1264, 1747 — CAP I 158 (Registrum Tychfeldense saec. XIII) et III 123/35 — CLAPHAM 142, 144 — COLVIN 184/89, 384/85, 416 — COTTINEAU 3158 — DUGDALE VI (2), 931/35 — GASQUET, *Greater Abbeys* 181/90 — GOOVAERTS IV 191 — GROSE II 225/26 — KER 105/06 — KIRKFLEET 84/88 — Lett. Com. Jean XXII 41206, 48026 — Lib. Feod. p. 1304, 1306 — Ob. Praem. I 21. II, 8. VI, 16. VI — P. L. I/III, VI, VIII, XIII — POTTHAST 8128 — Reg. Honorius IV 6006 — ROBERTS 47 — TANNER *Hamps.* XXXIII — Val. Eccl. II 21 — VCH *Hantsh.* II 181/86 (1903) auct. A. M. HENDY — B. DICKINS, *Premonstratensian Itineraries from a Tichfield Abbey Manuscript at Welbeck*, in *Proceedings of the Leeds Philosoph. Soc. (Litt. and Hist. Sect.)* IV 1939, et VI 1941, pp. 349/61 — P. M. et A. R. GREEN, *Mediaeval Tiles at*

*Titchfield Abbey, Hampshire,* in: *Proc. of the Hampsh. Field Club* XVII (1948/49) — F. M(ADDEN), *Catalogue of the Abbots of Titchfield,* in: „*Collectanea Topographica et Genealogica*" *I* (1833) p. 14 — G. W. MINNS, *Titchfield Abbey and Place House,* in: *Proc. Hampsh. Field Club* III (1895/98) p. 317 — G. S. PRIDEAUX/BRUNE. *On an Ancient Deed between the Abbot of Titchfield and the Monks of Quarr,* ibidem IV (1899/1905) — S. A. STRONG. *A Catalogue of Letters and other Historical Documents exhibited in the Library of Welbeck* (1903) pp. 1/4 — R. M. WILSON, *The Mediaeval Library at Titchfield Abbey,* in: *Proc. Leeds Philos. Soc. (Lit. & Hist. Section)* V, 1940, pp. 150/57, cf. ibidem VII, 1916 — *Registra Episcoporum Wintoniensium 1282/1304, 1316/23, 1366/1404.* 5 vols *(Hampsh. Record Soc.* London 1897/1914) cf. indices — *New Palaeographical Society,* First Series II (1903/12) tab. 18/19, et 92

### Series abbatum (Colvin)

1. Richard 1232—38
2. Isaac 1239—49
3. Henry of Branewyk 1249 post an. 1251 translatus in Halesowen
4. Henry of Sparsholt 1271/72, res.
5. Ivo, res.
6. Adam obiit 1280/81
7. William of Byketon 1281—94
8. John Sydemantone 1294—1306
9. Roger of Candover ca. 1309, † ca. 1328
10. John of Combe 1329—48
11. Peter of Winton 1348—49
12. William of Wallop 1349—70
13. John of Thorney 1370—90
14. John of Romsey 1390—1420
15. Richard Aubrey elect. 1420
16. Thomas Benstede 1452/63, depos
17. William Winchester, sive Fryer 1463—76[48])
18. William Austen, vel Aleyn 1476—86
19. Thomas Oke 1486—1508
20. Thomas Blankepayne 1509—29
21. John Maxey (simul abbas in Welbeck) 1529—36
22. John Sampson 1536—37 antea abbas in Durford

[48]) Occurrit adhuc anno 1476 secundum P. L. XIII. Ceteroquin haec series, innixa illa quae invenitur in „Rememoratorio" saec. XIV. (publ. a MADDEN) est fide digna et adcurata.

# TORRE SS. Trinitas (S. Salvator)

Tor, Torr, Thore, Tore, Thorre, Torre Mohun, -Moun
prope Torquay, mari adiacens, Devonshire, Dioc. Exeter — Circ. Angliae Australis

Abbatia celebris, ditissima omnium Ordinis nostri in Anglia. Fundata est anno 1196 a William Brewer, viro praeclaro[49]), filia de Welbeck. Cum anno 1232 disputaretur de paternitate inter Welbeck et Durford, decisum est in favorem Welbecensium. Welbeck ad tempus mutaverat paternitatem Coverhamensem pro Torrensi cum Durford, quod vero fuit revocatum. Parochiae et ecclesiae incorporatae: Torre Mohun, Woolborough, Hennock, Buckland Brewer, Shebbeare, Bradworthy, Tounstall (quod continuit civitatem Dartmouth), et una sita in Lincolnshire: Skidbrooke. Abbatia possedit etiam canonicatum unum in ecclesia cathedrali Exoniensi. Redditus annui: 398 Librarum. Status personalis: 1377 11, ca. 1475:15, 1500:18, 1539:16 religiosi. Suppressa est anno 1539, optimo florente statu. Supersunt partes turris et chori, capella quaedam, hospitium, domus portaria, porta capituli, refectorium saec. XIV adhuc integrum (quod erat annis 1777—1854 ecclesia catholica).

Archivalia: Cartularium saec. XV in P. R. O. Londini — Registrum saec. XIII/XIV in Collegio SS. Trinitatis, Dublini — B. M. Sloane 4935 — Exch. K. R. Misc. Bks 19, Exch. Transscr. of Charters 8

Litteratura: HUGO II 981, prob. 596/600 — WAEFELGHEM 298 — BASKERVILLE 122, 151 — BECK V 299, VI 64 — BREWER *Lett. Henry VIII*, vol. I, IV, XIV/XVIII, XX, XXI — *Cal. Charter R.* II — *Cal. Inqu. Misc.* I, II 1606 — CLAPHAM 143, 145 — CAP III 136/56 — COLVIN 152/62, 416/17 — COTTINEAU 3174 — DUGDALE VI (2), 923/26 — GASQUET, *Greater Abbeys* 198/205 — HOLTZMANN 39, 41 — KIRKFLEET 88/92 — LANDON 223, 223n, 248 — *LIB. FEOD.* — P. L. vol. III/V, VII, XI, XIII, Pet. 1 — *Reg. Chichele* II — ROBERTS 32 — RYMER *Foedera* XIII 338, Pat. 4 Henr. VIII p. 1 m. 17 — TANNER Devon XLVII — *Val. Eccl.* II 361 — WOODWARD 389 — E. APPLETON, *Notes on Torre Abbey*, in: *Transactions of the Exeter Diocesan Architectural Society*, 3d Ser. I (1899) — E. ASHWORTH, *A Paper on Torre Abbey*, ibidem 2nd ser. I (1867) — G. G. GOULTON, *A „Bishop in Partibus“ Life in the Middle Ages*, New York 1933, pp. 184/87 — *Episcopal Registers of the Diocese of Exeter*, edd. F. C. HINGESTON RAN-

[49]) Erat justiciarius regni meritissimus. Sub die 24a nov., Ob. Praem. I exaltat laudes eius hisce verbis: „William Brewer fundator quatuor domuum religionis in Anglia, qui dedit nobis duo calices argenteos valoris decem marcarum“. Cf. de eo WATKIN op. cit. infra

DOLPH, 9 voll, London 1886/1909, cf. indices — W. H. HOPE (delineatio et descriptio) in Arch. Journ. LXX (1913) pp. 546/47 — RUSSELL P., *Dartmouth, a History of the Port and Town*, London 1950 — W. TITE, in *Proc. Soc. Ant.* V (1870/73) p. 344 — H. R. WATKIN, *A Short Description of Tor Abbey*, 3d ed. 1912 — IDEM, *A Great Devonian, William Briwer*, in: *Devon Assoc. for the Advancement of Science* etc. Vol 50 (1918) pp. 69/175 — IDEM, *The Use of a Norse Standard of Measurement by Normans in the 11th and 12th Century Buildings, as Exemplified in the Structure of Torre Abbey and Churches*, ibidem Vol. 46 (1914) pp. 326/45 — IDEM *The Foundation and Early History of Dartmouth and Kingswear Churches*, ibidem vol. 43 (1911) pp. 149/65 — E. WINDEATT, *Dr. G. Oliver on Dartmouth and its Churches*, ibidem 166/71 — Sigillum: PEDRICK 130/31 Pl. XXVIII

### Series abbatum (Colvin)

1. Adam 1196, — ca. 1199
   deinde abbas in Newhouse
2. Joannes 1200
   Robertus 1228
   Laurentius 1239/46
   Simon 1252/60
   Brian elect. 1264
   Richard elect. 1270, 1276/1301
   John le Rous 1306/18
   Simon of Plympton 1330—45
   Richard of Cotelford 1345/51
   et aemulus eius:

John Gras eodem tempore
John of Berkedene 1352/74
William Michel sive Norton 1º elect. 1382, 1402, 1410
Matthew Yerde elect. 1412
William Michel sive Norton 2º elect. 1413/14
William Nichol 1438
John Lacy 1442—55
Richard Cade 1456/82
Thomas Dyer 1488/1523
Simon Rede 1523—39